


vis loqueremur) ubi itiones habere vellent expeditiores, tantum ex illo perpetuo pariete sub basibus reliquerunt, amotis interseptis, quantum ipsis excipiendis satis esset. Vt sint omnino genera stylobatarum duo, perpetuum & expeditum. Illud, aut uno eodemq; ductu percurrit, aut resilit ad spirarum perpendicularum. De expeditis, dixi libro tertio, ubi singulorum generum tradidi rationes. Posterioris nostrae sententiae inueni vindices, Antonium & Baptistam Sangallos Architectos insignes, ut minus me coniectura poeniteat. Quod ad rem faciat, ex antiquorum monumentis aliud conijcere non potui. Haecenus Philander, qui tres hic, quod ad hanc rem spectat, opiniones affert, postremam amplectitur. Nos primam & secundam (quod ipse praetermittit) figuris illustrabimus. Tertiae quoq; deformatione, q; & ipse fecit, oculis subiiciemus.

Secunda  
figura.



Ex eo qui nunc, ut ipse ait Athenis visitur stylobata A. B. truncus plinthe contractior. C. D. plinthus extra solidum stylobatae proiectus. Perpe-